



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

247. An in casu, in quo collectæ, seu gabellæ iustæ Clericis imponuntur,
possint imponi inconsulto Romano Pontifice? Et an dictæ gabellæ, si
excedunt octauam partem valoris rei sint iniustæ? Ex part. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](#)

222 Tractatus Secundus

Secundum ius civile, & canonican possunt libertate contrahere cum laicis quibuscumque, nec illi tenentur solvere gabellam: ergo, si statutum hoc addat, ut dixi, erit contra Ecclesiasticam libertatem. Et sic subdit Laderchius: [Dicat Ecclesia; Tolle statutum, & si emptores tenentur ad gabellam, compelle; si ministris, ne mihi ius meum auferas, intereat enim mea habere emptores immunes.]

7. Tertii, lcx, & Magistri status, seu communis prudentium existimatio, in impositione iusti pretij aliqui rei, multas circumstantias, tam intrinsecas, quam extrinsecas considerat, & praecipue onus gabellae, inter illas, respicit. Ita Lessius lib. 2. c. 33. dub. 8. n. 6. & sic, ait Molina tom. 3. tract. 2. disp. 678. num. 6. tota latitudine pretij franci, & alcaualae, est pretium instant rei: ergo gabella est pars pretij, ut ipse Molina assertus etiam in disp. 658. i. infra. Malder. in 2. 2. tract. 5. c. 6. dub. 5. in fin. Bonac. de conraet. disp. 2. q. 9. punt. 1. n. 4. Vazquez opus. de restit. c. 6. §. 2. dub. 9. n. 52. Turrian. tom. 2. in 2. 2. disp. 46. dub. 8. n. 9. qui citat Molinam in alio loco *supra* non adducta. Molfer. in summa tom. 2. tract. 12. cap. 22. n. 113. Lassarte de decim. vendite. c. 15. n. 19. Paul. de Gastr. conf. 433. n. 2. & alij. Cum igitur gabella sit pars pretij, semper inuoluitur in pretio, nec potest ab illo separari: ergo iustum pretium aliquius rei dicitur, tam pretium francum, quam ipsa gabella. Vnde licet Clerici non foluant vestigial ratione rei vendenda debitum, possunt tamen rem illam vendere pretio ordinario, & non minore; quia in ipso inuoluitur gabella, vt appetet ex Lessio, ubi *supr.* lib. 2. c. 33. dub. 8. n. 68.

8. Haec sunt contraria sententiae super positam questionem, quas conatur concordare Bellet. in *disquis. cler. part. 1. tit. de exemptionib. Clericorum.* §. 8. num. 2. cum illa celebri distinctione Baldi conf. 31. quam postea amplexi sunt Roland. à Valle lib. 4. conf. 61. n. 18. Riminald. lib. 6. conf. 724. num. 49. & 50. Surdus conf. 127. n. 66. & alij. Aut onus gabellae est annexum contractui, vt si, v.g. ponatur statutum, quod soluantur duo solidi pro qualibet dolio vini, quod emitur, vel venditur, haec gabella immediate recipit contractum, ut esset in casu nostro, & ludit emptorem, & venditorem immuncum: nam propter onus gabellae, vel carius, vel vilius emet, seu vendet. Aut onus gabellae adiicitur actui separato ab ipso contractu, ut si statutum dicat, quod qui vult exportare dolium vini ex ciuitate, soluat gabellam; tunc haec gabellae solutio non respicit immediata contractum ipsum, sed actum exportationis, qui nil commune habet cum ipsa Ecclesia, seu immuni. Hac supposita distinctione at Belletrus, primam sententiam negatiuam *supra* positam, esse amplectendam, quando onus gabellae adiicitur actui separato ab ipso contractu: secundam vero sententiam affirmatiuam esse veram, quando onus gabellae est annexum ipsi contractui. Et haec olim, circa presentem quæstionem in casu proposito, ut dixi, à Senatu Panormitanu collectorum, pro subleendo labore Theologorum, qui consulendi erant: & quia res visa est difficultilis, & periculosa, Senatus non posuit dictam gabellam.

R E S O L . C C X L V I .

An Princeps, seu alius Superior laicus sine consensu Cleri possit imponere gabellas super eius bona ex aliqua publica necessitate, ut peccatis? &c. Ex part. 1. tract. 2. Ref. 41. alias 40.

Sup. hoc in. §. 1. **H**ec quæstio fuit discussa anno præterito, fra in Ref.

positus aliqua vest. galia pro expensis factis, tempore morbi contagiosi, qui ciuitatem hanc miserrimè afflixit. Et respondi negriuè: quia obligatio totius populi non sufficit ad obligandum Clericum: & cum ageatur de utilitate utrumque, necesse erat ut virorum que interuenire consenseret. Et ita in terminis refoluit hanc casum Rodriq. in *summa*, tom. 2. c. 75. n. 13. Pet. Ledesma in *summa*, tom. 2. tract. 7. c. 2. concl. 27. fol. m. bi 205. Ioan. de la Cruz in *direct. conscient. part. 1. precept. 7. q. 7. art. 3. dub. 1. concl. 1. fol. 98.* Azorius p. 3. lib. 5. cap. 19. q. 11. & Lopez in *infruct. part. 2. cap. 40.* agens de pele grassante olim Hispani. Idem docet Sylvestre *verb. immunitas.* q. 2. Alterius de *consim. tom. 1. disp. 16. lib. 5. c. 6. dub. 15.* Salonijs tom. 2. in 2. 2. q. 78. art. 5. contr. 1. Belletrus in *diss. s. cleric. part. 1. sit. 5. 2.* n. 6. & alij penes ipsos: vbi asserti sunt, quod quando necessitas publica concerit de directo, & principalius æquè utilitate Ecclesiastico. & laicorum tunc debent Ecclesiastici contribuere, non tamen ad deliberationem solius populi; sed oportet, quod Clerus, & populus simili conueniant, & deliberentur: quia, quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. Et si in tali casu Clerus, sine legitima causa, nollet consentire, possent laici implorare auxilium Superioris Ecclesiastici, ut compelleretur Clericos.

2. Sed notandum est, quod in hoc casu non habet locum dispositio c. aduersus de consultatione Romani Pontificis: nam contributio in isto casu non fit solùm propter utilitatem publicam, sed ob priuatum utilitatem Clericorum; & d.c. aduersus tractat in casu vbi agitur de utilitate publica. Et ita docet Tab. *verb. excommunicatio.* §. 18. n. 4. Sylvestre *verb. immunitas.* q. 5. n. 10. Angel. cod. *verb. n. 17.* Layman in *Theolog. mor. lib. 4. tract. 9. c. 6. n. 7.* Molina de *instit. tom. 3. disp. 672. n. 5. concl. 3.* Megala in part. 3. lib. 2. cap. 17. q. 6. n. 12. & conf. 7. 2. num. 18. Ledesma, Rodriguez, Lopez, & Ioan. de la Cruz, *ubi supra.* Et secundum haec, quæ dicta sunt, intelligendum est Bobadill. in *Polit. tom. 1. lib. 2. c. 18. n. 291.* vbi ait: [En la sisla, ó repartimientos; que se le hace para guardar el pueblo de peste, en lo qual por ser para cosa comun allí a Clerigos, como a legos, deuen contribuir los Ecclesiasticos.] Et idem docet Gatsias de nobilit. Hispan. *Gloss. 9. num. 53.* cum alij, quorum opinio admittenda est, præcedentibus iis, quæ *supra* narrata sunt: nam solus populus, vel Princeps, sine convocatione, & consensu Cleri, hoc minimè efficeret potest, ut *supra* probauimus.

R E S O L . C C X L V I I .

An in casu, quo collecta, seu gabella iusta Clericis imponatur, possint imponi, inconsulto Romano Pontifice? Et an dicta gabella, si excedant ultimam partem valoris rei, sint iniusta? Ex p. 1. tr. 2. Ref. 133. alias 132.

.
x. **D** e primo dubio hujus quæstionis eg. *supra* Quid hic ei in ref. 41. & cum aliquibus DD. sententiam affirmatiuam tenui, quibus nunc addo Hippol. de Maris filiis in *pract. 8. aggredior. n. 63.* Guilielm. Benedict. in *relect. cap. Raynatus. verb. & uxorem.* decif. §. not. n. 470. Gratian. in *discept. forens. tom. 2. c. 390.* num. 19. Caroc. de *locat. p. 4. de collectis.* n. 37. & alios adductos per Decian. vol. 2. conf. §. 1. n. 61. Hi omnes asserti, in tali casu sufficere consenserunt Episcopi cum interventu Cleri: quia tunc necessitas æquè primaria respicit utilitatem laicorum, & Clericorum.

2. Non reticebo tamen, quod aliqui hanc opinionem intelligandam esse existimant, quando tanta ad hoc adesse necessitas, quod sine periculo, aut scandalo, ad in Ref. leg.

Summum

De Immunit. Eccles. Resol. CCXLVIII. 223

Summum Pontificem recurri non possit: quia in tali casu sufficient Episcopi, & Clericorum consensus, aliter minime. Et ita tenent decem Doctores, quos citat, & sequitur nouissimè doctus Narbona in cap. 3. p. 37. recopil. lib. 2. tit. 4. leg. 57. glossa unica, n. 24 quibus ego addo Peirinum in præsuleg. Minimor. 10. 1. Conſit. 2. Iulij 2. 8. 33. n. 141. Vide etiam Medin. de ref. q. 15. Gig. de perf. q. 90. in fine. Gutierrez qq. præt. lib. 7. q. 3. per tot. Azeudum in l. 11. tit. 3. lib. 1. n. 7. Lopez part. 1. tit. 6. 1. 54. ver. son tenudos. Aulez in c. 12. Pratorum, Glossa, de Ordin. n. 7. & alios.

3. Quoad secundum dubium, respondeo, aliquos dubitasse de iustitia gabellæ, quando excedit octam partem valoris rei, ex autoritate l. ex præfatione. C. de vestigialibus. Et ita videtur docere Regens Corlettus, vir doctissimus, in propugnaculo vestigialis scripsi, fol. mibi 21.

4. Sed Jacobus de Graffis in suis decis. part. 1. 2. cap. 126. n. 37. non obstante dicta lege, docet hodie non posse dari certam regulam, nec assignari certum terminum, quando gabella sit excessiva: & idem totum remittit arbitrio boni viti, attenta necessitate, causa, tempore, & loco. Ita Graffius. Ego vero puto absolute, si gabella ex aliis circumstantiis sit iusta, non obstat supradictam legem: quia leges posita sub it. de vestig. obligant tantum in Regnis nunc subditis Imperatori. Ita Suarez de legib. lib. 5. cap. 16. n. 5. & 8. Vide etiam Megaliam in p. 2. lib. 2. c. 17. q. 5. num. 7. & alios. Sed quicquid sit de hoc,

5. Existim, supradictam legem esse per contraria consuetudinem abrogatam: & ita in caſu l. univers. sub eodem tit. de vestig. docuit Azorius p. 3. lib. 5. c. 21. non esse consuetudinem damnandam, vbi cunque ea exierit, soluendi collectas, vel gabellas, etiam ex rebus, ad vñs proprios necessariis: quia non sunt illæ gabellæ prohibita iure naturali, sed solum ciuii, quod potest consuetudine abrogari. Sed totum hoc accidit in caſu nostro. Ergo. Vide etiam Malder. in 2. tract. 5. c. 6. dub. 5. in fine. Layman in Theol. mor. lib. 3. tract. 3. sect. 5. p. 1. cap. 3. num. 3. Faſtum in ſpecul. Conſef. diſp. 33. q. 22. n. 5. Tamen in 2. 2. diſp. 4. q. 6. dub. 12. n. 345. Ioan. de la Cruz in direct. conſent. p. 1. præcept. 7. art. 3. dub. 1. concl. 1. Duard. in Bull. Con. lib. 2. can. 5. q. 5. n. 6. Graff. decis. p. 1. lib. 4. c. 18. n. 82. & alios. Et ita ex multis alii iuribus, & rationibus, à P. Alessandro Neuola, & P. Cæſare Bosco, Societatis Iesu, viris doctissimis, & amicissimis, cum aliis præstantissimis Iurisconsultis, etiam me præſente, & conſultante, fuerunt ad instantiam Illustris. Senatus huius Vrbis, approbatas multæ gabellæ, quæ in hac noſtra Ciuitate excedunt in magna ſumma, octauam partem valoris rei.

RESOL. CCXLVIII.

De conditionibus, quas requirit Cap. Non minus, & Cap. Aduersus de Immunitate Eccles. ut Clerici poſſent collectari in communib. utilitatibus, vel neceſſitatibus? Ex part. 5. tract. 1. Ref. 11.

§. 1. **C**afus est practicabilis, & de illo in specie tractat ſacra Rota Romana in una Brundifina Gabella die 13. Februario 1604. coram Pegna, cuius magistralē decisionem nouissimè impreflam papa finē, in iuuenies apud pothumas Farinacijs tom. 2. decis. 42. in quam in facti contingentia omnino videbis. Ego vero, in hac resolutione circa preſentem caſum non incertios pertractabo difficultates. Cum igitur Clerici ut poſſent collectari, requiritur inter alias conſitiones, ut facultates laicorum non ſufficiant, ve-

adſit conſensus Episcopi & Cleri, & ut præcedat licentia Pontificis.

2. Quarto primum, an in tali caſu inconsulto Summo Pontifice ſufficiat ad validitatem actus conſensus Episcopi & Cleri & in affirmatiuam ſententiam tenet Suarez lib. 4. de immun. cap. 25. num. 17. vbi ſic ait: Exiftimo ſi Episcopus & Clerus coſtentiant inconsulto Summo Pontifice, licet male faciant, & puniri poſſint, nihilominus factum tenere, quia in cap. aduersus, non additur verbum irritans conſenſum eorum, & alioqui habebant iure ordinario potestatem ad illum conſenſum praefandum. Itaille, & post illum Bonacina in Bull. Cœna, disput. 1. q. 19 punct. 3. §. 3. n. 16. Azorius tom. 1. lib. 5. cap. 13. queſt. 8. ibi, vel ſalicem Episcopi.

3. Verum ego contraria ſententia adhaereo. Di- co igitur quod ſi Pontifex conſuli poſteſt, non poſſe abſque illius conſenſu Clericos ad tributa, vel alias exactiones obligari, quia, ut patet in cap. aduersus, ad hanc obligationem inducendam requiri- tur Pontificis conſenſus, propter imprudentiam quorundam, ergo ſi non adſit talis conſenſus, ceſſat conditio neceſſaria ad obligationem, & conſequen- te ipſa obligatio, & non feruata forma concesſio- nis corruit actus, unde non erit neceſſarium decre- tum irritans. Et ita hanc opinionem docet Caſtr. Pa- lau. tom. 2. tract. 1. 2. diſp. 2. punct. 9. num. 7. & Marchi- nus de peſte, part. 4. cap. 4. n. 14. & nota hic conſenſum Pontificis eſſe requirendum, etiam quando ne- ceſſitas, vel utilitas publica concerneat aquæ principi- lier Clericos ac laicos, non obſtantibus quæ dixi in part. 1. tract. 2. ref. 40. nam ſunt intelligenda in caſu, quo periculum eſſet in mora, ſecus autem ſi Sum- mus Pontifex conſuli poſteſt, ego ipſe notau in d. tract. 2. refol. 132. & nunc me ipſum magis declaro. Sed Doctores pro vtrique ſententia prater à me ci- tatos obi ſupra multos alios adducit Marchinus de peſte, p. 4. c. 4. & Caſtillo de Tertiis, tom. 7. c. 9. ain. 32. cum ſequent. vbi tamen concludunt eſſe petendam li- centiam à Summo Pontifice, quod etiam ante iplos late adnotauerat Gutierrez de Gabellis queſt. 92. per totam omnino videndum, & ita determinauit fa- ſra Rota Romana in una Leodiensi Gabella die 19. Martij 1604. coram Atrebaten. & habetur in decis. nonis. Farinacijs tom. 1. decis. 72. num. 2. & idem ciuitas Florentina anno 1600. teſte Marta de iuridicit. part. 4. cent. 1. cas. 1. num. 52. imperauit à Clement. VIII. Bullam pro imponenda collecta Clericis ad reparandum flumen Arni, cum pene omnia Clericorum bona erant prope dictum flumen, & anno 1634. no- ſtra ciuitas Panormitana pro expensis factis tempore peſtis. imperauit à sanctissimo D.N. Urbano VIII. Bullā datam Romæ die 26. Auguſti, cuius vigore Cle- rici fuerunt inclusi per aliquot annos in collecta po- ſita ſuper vino in introitio porta ciuitatis. Simile etiam Breue concessit idem Urbanus VIIII. pro Da- cato Mediolanensi die 10. Maij 1614. & ante illum pro Etruria Gregor. X V. die 23. Febr. 1622. Vnde, ut dixi, non exiftim admittendam eſſe in praxi con- trariam ſententiam aſſerentem in tali caſu, quando videlicet collecta imponenda proximè & immediate concerneat etiam Clericos, non eſſe requirendum con- ſenſum Pontificis, niſi, ut dixi, periculum eſſet in mora, nam tunc clarum eſt Episcopi & Cleri conſenſum ſufficiere, tunc enim adeſt Summi Pontificis præsumpta voluntas. Verum aduentur Principes laici, & ſimi- mili Episcopi, quod haec neceſſitas, ut imponatur gabella inconsulto Pontifice, poſteſt contingere in exactione, quæ ad vnum actum, vel ad breue tempus fit, nam ſi longiori tempore fit duratura, licet, ut di- cūtū eſt, in caſu neceſſitatibus poſſit inchoari inconsulto Pontifice,

Sup. hoc in Ref. duarum annot. ſeqq. & in Ref. 250. & 337. & in to. 7. tr. 6. Ref. 33. §. Sed haec.

Quæ hic eſt ſup. Ref. 246. §. Sed &c.

Quæ hic eſt Ref. antece- d. n. etiam pro mora contenta in hoc textu, in eius §. 2. & in Ref. 337. §. 6.

Sup. hoc & ſeqq. in hōc. in ad literā, in Ref. 250. §. vlt. in prin- cip. & in Ref. 337. §. 6. ances medium;